

*Plura Patrum Graecorum testimonia qui desiderat, is videat Sessionem VIII. Concilij Florentini, in quo à Cardinale Bessarione magno numero ea sunt congesta.*

75. *Synodus Constantinopolitana I. Τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τῆς πατρὸς ἔκ τῆς ὑἱῆς ἐκπερευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ ἔκ ὑιῶ σὺν-προσκυνούμενον ἔκ σὺνδοξαζόμενον.*

76. *In Concilio Lateranensi, celebrato Anno Christi. 1204. sub Innocentio III. promulgata fuit fidei Christianae confessio, quae inter alia & istud confitetur: Tres Personae, sed una Essentia: Pater à nullo, Filius à solo Patre, Spiritus Sanctus ab utroque, ab initio semper, ac sine fine, Pater generans, Filius nascens, Spiritus Sanctus procedens, consubstantiales, coönipotentes & coæterni.*

77. *Sic in Concilio Lugdunensi, Anno Christi 1264. sub Gregorio X. & iterum in Concilio Florentino sub Eugenio IIII. Anno Christi 1439. nihil non motum, praesentibus Michaële & Iohanne Palaeologis, Graecorum Imperatoribus, quò controversia haec sopiri & tolli posset, & eò tandem perventum, ut post longas disputationes Graeci aliquid concederent, & affirmarent, Spiritum Sanctum procedere ex patre, non autem ex Filio, sed per Filium. De qua phrasi vide thesin 84.*

*Quoad*